

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

*ΗΘΙΚΗ ΠΟΙΗΣΙΣ*  
SIVE  
**G N O M I C I**  
**POETAE GRAECI**

---

**AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM  
FIDEM EMENDAVIT**

**RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK.**

---

**EDITIO NOVA CORRECTA NOTISQUE  
ET INDICIBUS AUCTA.**

---

**L I P S I A E,**

SUMTIEUS GERR. FLEISCHERT JUN.

**1 8 1 7.**



---

## LECTORI

S. D.

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK

REGIAE INSCRIPTIONUM

ET HUMANIORUM LITERARUM ACADEMIAE

SOCIUS.

---

Quum a me Sophoclem iamdudum exspectes, miraberis, Lector amice, nec forte moderate feres, libellum tibi obtrudi, qui nihil habet cum illo commune. Sic iam questi sunt ex amicis etiam meis nonnulli, quum necopinantibus illis, longeque alias res meditari me putantibus, prodierunt cura mea aliquantulum expoliti Argonautorum Poëta, et facetissimus veteris comediae scriptor. Bono animo es: explebitur cum Deo exspectatio desiderii tui. Praelum tandem subiit Princeps Tragorum: excusa iam sunt Scholia omnia, quorum de edendi ratione non ita pridem

a \*

sententiae suae participes fecit literatos omnes in Eruditorum Diario Vir morum probitate, integritate vitae, doctrinae elegantia apud bonos omnes maxime commendatus, et supra impurissimorum scurrarum calumnias et convicia immensum quantum enectus. Perductae sunt item ad finem quatuor Tragoediae; quinta operas exercet. Inceptum opus, quantum per me licebit, non intermittetur; nec tamen ita properabitur, ut festinationis olim poenitendum mihi sit, neu, si quid mihi interea diversum arriserit, animo ut non geram morem. Datam fidem praestitum me spero; sed videto: in diem certam non promisi; nec a Sophoclis studiosis pignora pelliciendo, argento quemquam circumduxi, quod faciunt hodie nebulones quidam perditissimi, ita ut integrum mihi semper futurum sit, uti legitima exceptione.

Iam vero, quaenam fuerit in edendo hoc libello ratio consilii mei, paucis docendus es. Poëtarum, quos Gnomicos vocant, editionem accuratam et venustam nullam videram. Veteris sapientiae, Graecaeque elegantiae studiosis gratum me facturum quid putavi, si eis enchiridian

hoc nitidius politiusque ornatum traderem.  
Theognidem, qui agmen hic dicit, pri-  
mus in lucem edidit Aldus Manutius,  
cuius liber instar est veteris apographi,  
quo ipse usus est. Codicis illius vitium,  
ut in principem editionem, sic ex ea in  
ceteras omnes permanavit, quod quale sit,  
cuivis hanc novam cum aliis conferenti  
statim in oculos incurret. Nempe Theo-  
gnidis poësis quae superest, non est con-  
tinuum opus, sed ex fragmentis constat e  
variis illius hominis elegiis aut poëmatibus  
excerptis.\* ) Illam ad quatuor codices Bi-  
bliothecae Regiae contuli, quorum in tri-  
bus sententiae fere ad eundem modum di-  
stinctae sunt, quo in hoc libello. Singulae  
vel in capite habent literam maiusculam  
miniatam, vel litera illa carent, vacuo re-  
licto spatio, ubi peritioris calligraphi manu

[\*) Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. p. 164, b. Theo-  
gnidis reliquias dicit male consarcinatas. Idem ad  
Xenophont. Memorab. p. 239. sq. Ern.: „Videntur,  
quae nobis supersunt, Theognidea ex variis Elegiis  
confusa.“ Quid quod pro Anthologia e variorum  
poëmatibus decerpta habuit Heynus ad Homer. Il.  
T. VII. p. 720. „Quae habemus [Theognidea],  
inquit, sarrago sunt ex pluribus ac diversis poëtis;  
quae tamen ad Cyrnum scripta sunt, pro antiquo-  
ribus haberi possunt.“]

pingenda erat. Praeterea qui primus farraginem illam coagmentavit, Theognideis versus plurimos immiscuit aliorum auctorum, Tyrtaei, Mimnermi, et maxime Solonis. Poterant quidem illi inter Theognideos relinquи, si Theognis seorsim et sine ullo comitatu excuderetur; sed quum adiunctos habeat illos ipsos scriptores, quorum possessionem invaserat, interdicto adversus eum agi, tum aequitatis, tum concinnitatis ratio postulabat; qua de re in notis dixi.

Insunt huic editioni omnia, quae continet pars altera editionis Poëtarum minorum Graecorum Radulphi Wintertoni, Cantabrigiae excusae anno MDCLXXVII. praeter Orphei, vel nescio cuius id nomen mentiti, fragmenta tria, quae in Orphicorum editione Gesneriana legi satius visum est, ideoque removenda duxi. Sed horum in locum Cleanthis pulcherrimum Hymnum suffeci; insuperque Hesiodi Poëma ηθικὸν, si quod aliud, huic collectioni addidi, Pseudo-Phocylidis carmen ex iisdem Regiis codicibus emendavi, qui Theognidem continent, quorum unus Hesiodum

etiam habet. Alia quaecunque omnia Stobaei Florilegium servavit, ad scriptum codicem Bibliothecae Regiae collata, longe emendatius quam antea in hoc libello exhibentur. Solonis inter veteres Sapientes praestantissimi non pauca solum fragmenta, sed quaecunque ad nostram aetatem pervenerunt et conquiri potuerunt, \*) secundis curis limatiiora in hanc collectionem intuli. In Comicorum vero sententiis fragmenta aliquot, quorum partem tantum Winternoni editio exhibet, integra dedi, ex aucto-ribus qui ea servarunt.

Latinam versionem plerisque horum carminum adiungi solitam, ut tironibus damnosam, doctoribus inutilem, consulto omisi. Ne tamen hic libellus omni utilitatis aut voluptatis fructu careret, quem capere possent qui literis graecis haud fuerunt imbuti, sententias et fragmenta ab Hugone Grotio, aliisque summis viris eleganti carmine latino reddita singulis graecis subieci. Notas addidi breves, criticas fere et graecae lectionis constitutionem spectan-

[\*) De Solonis reliquiis nonnulla habet Valckenarius ad Herodot. p. 434.]

tes.\* Anthologiam sententiarum parallelarum e graecis latinisque Poëtis facere perfacile fuisset; sed inutili mole librum onerare nolui. Stobaeum adeant et florilegia latinorum Poëtarum, qui, quot diversis modis res eadem possit enuntiari, perpendere amant. Pauca sunt haec, quibus te volebam, Lector amice; nec te diutius demorabor. Fruere hac nostra opella, quae si tibi tuisque ita, ut fore confido, erit accepta et utilis, otium mihi tranquillum et diuturnum precare, quod nulli alii rei libentius impendam, quam ut bonarum literarum studiis commodem.

Dabam Argentorati 13. Martii 1784.

[\*) Hae notae in Argentoratensi editione, ut in omnibus Brunckianis, textum poëtarum sequentes posteriorem libri partem conficiunt: cuius ordinis rationem reddit ipse Brunckius in praefatione ad Comicum paulo post initium. Nos commodioris usus gratia singulis versibus, quo quaeque pertinebat, substravimus: id quod lectores meminisse oportet, sicubi in textu editum viderint, quod in notis, scriptis, ut videtur, post textum iam typis expressum, certe aliquanto post excusis Argentorati, retractatur.]

---

G N O M I C I  
P O E T A E G R A E C I

A

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# TYRTAEI

## I.

**T**εθνάμεναι γὰρ παλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα  
ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ δὲ πατρίδι μαρνάμενον·  
τὴν δὲ αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς  
πτωχεύειν, πάντων ἔστ' ἀνηρότατον,  
**5** πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλη, καὶ πατρὶ γέροντι,  
παισὶ τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τῷ ἀλόχῳ.  
ἔχθιστος γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὐς νεν ἴκηται,  
χρησμοσύνη τῇ εἰκαν καὶ στυγερῇ πενιῇ·  
αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δὲ ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,  
**10** πᾶσα δὲ ἀτιμία καὶ κακότης ἔπειται.

TYRTAEI Elegiam I. debemus Lycurgo in oratione contra Leocratem, ubi clauditur disticho quod in Elegia II. est undecimum commodiore sede, quodque bis hic legi inutile visum est. BRUNCK.

7. ἔχθιστος γὰρ τοῖσι. Jo. Taylori emendatio est. Aldus habet ἔχθρος γὰρ τοῖσι, claudicante versu. Veram nunc lectionem tenere mihi videor. Scribere debuit librarius, ut mox v. 21.

ἔχθρος γὰρ δὴ τοῖσι μετέσσεται, οὐς νεν ἴκηται.  
BRUNCK.

Suspicatus eram:

ἔχθρος γάρ τοι τοῖσι μετέσσεται, οὐς νεν ἴκηται.

Sed omnem de h. v. litem composuit doctissimi Heinrichii nota in Franckii Callino p. 183.: „Duo contuli codices MSS. Orationis Lycurgi, Germanicum unum et alterum Italicum, κεμψῆλα perrara, ac testor, in utroque clare scriptum esse: ἔχθρος μὲν γὰρ τοῖσι κ. τ. λ.“

εῖδ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί<sup>ν</sup> ὥρη  
γίγνεται, οὕτ<sup>ρ</sup> αἰδώς εἰσοπίσω τελέθει.

Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παιδῶν  
θυμήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι,

15 ὡ<sup>ν</sup> νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοις μένοντες,  
μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.  
ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμαν ἐν φρεσὶ θυμὸν,  
μηδὲ φιλοψυχεῖτ<sup>ρ</sup> ἀνδράσι μαρνάμενοι.

τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ἀλλ οὐκ ἔτι γούνατ<sup>ρ</sup> ἑλαφρά,

20 μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς:  
αἰσχρὸν γάρ δὴ τοῦτο, μετὰ προμάχοις πεσόντα  
κείσθαι πρόσθε νεῶν ἀνδρα παλαιότερον,  
ἥδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένειον,  
θυμὸν ἀποπνείοντ<sup>ρ</sup> ἄλκιμον ἐν πονίῃ,

25 αἱματόεντ<sup>ρ</sup> αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,  
(αἰσχρὰ τά γ' ὄφθαλμοις καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν)  
καὶ χρόα γυμνωθέντα. νέοισι δὲ πάντ<sup>ρ</sup> ἐπεικεν·  
ὅφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἀνθος ἔχη,  
ἀνδράσι μὲν θηγητὸς ἰδεῖν, ἐρατός τε γυναιξί,  
30 ζωὸς ἐὼν, καλὸς δὲ ἐν προμάχοισι πεσών.

## II.

Αλλ' Ἡρακλῆς γάρ ἀνικήτου γένος ἐστέ·

Θαρσεῖτ<sup>ρ</sup>, οὕτω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.  
μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,  
ἰδὺς δὲ ἐς προμάχους ἀσπίδ<sup>ρ</sup> ἀνὴρ ἔχετω,

28. ἄρα τῆς. ἐρατῆς Valckenarius Diatr. Eurip. p. 293. Eodem modo in Mimnermi fragmento ap. Strabon, T. V. p. 507. ἄρα τὴν in ἐρατῆν mutavit Wyittenbachius Bibl. Crit. I. 2. p. 32. — τῆς ἥβης ἀνθος ut infra Mimnerm. I. 4. ἀνθει τῆς ἥβης.

Elegiam II. servavit Stobaeus Tit. 50. BRUNCK.

5 ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαινας  
κῆρας, ἵστηται σὺν ἡλίῳ, φίλας.  
ἴστις γὰρ ὡς Αρεως πολυδακρύον ἔργ' αἰρίθηλα,  
εὐδὲ δὲ ὁργὴν ἐδάητε ἀργαλέους πολέμου·  
καὶ πρὸς φευγόντων τε διωκόντων τὸ ἐγένεσθε,  
10 ὡς νέοι, ἀμφοτέρων δὲ εἰς κόρον ἡλάσσατε.  
οὐδὲ μὲν γὰρ τολμῶσι, παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,  
εἴς τὸ αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἔρναι,  
παυρότεροι θνήσκουσι, σάρκας δὲ λαὸν ὀπίσσω·  
τρεσσάντων δὲ ἀνδρῶν πᾶστος ἀπόλωλ' ἀρετῆ·  
15 οὐδεὶς ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσσειεν ἔκαστα,  
οἶστος, ἐὰν αἰσχρὰ πάθῃ, γίγνεται ἀνδρὶ κακό.  
ἀργαλέον γὰρ ὅπισθε μετάφρενόν ἔστι δαιδαλεῖν  
ἀνδρὸς φεύγοντος δημῷ ἐν πολέμῳ.  
αἰσχρὸν δὲ ἔστι νέκυς κατακείμενος ἐν κονίγησι  
20 νῶτον ὅπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.  
ἄλλα τις εὖ διαβάσ μενέτω, ποσὶν ἀμφοτέροισι  
στηριγμέσι ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὁδοῦσι δακῶν,  
μηρούσι τε, κνήμας τε κάτω, καὶ στέρνα, καὶ ὥμους  
ἀσπίδος εὔρείης γαστρὶ καλυψάμενος·

6. In scripto Stobaeo legitur: κῆρας ἐπὶ αὐγαῖσιν ἡλίῳ φίλας. Menda manifesta. Grotius dedit κῆρας ὅμοις αὐγαῖς —. Minor mutatione veram lectionem certissime restituit Vir doctus in Miscell. Observ. T. I. p. 128. ἴσα, ξώσις, ἐπίσης, instar, ceu, aequē. BRUNCK.

9. πρὸς φευγόντων. Sic Stobaei cod. eleganter. Grotius dedit μετὰ φευγόντων. Significat εἴραι πρὸς τοὺς esse a partibus alicuius. BRUNCK.

16. ἐὰν αἰσχρά. Hanc scripturam requirit metri integritas. Perperam in libris ἐάν αἰσχρά. In fine versus duplēm lectionem praestat codex, κακά et κακῆ. Priorēm praefero. BRUNCK. Brunckius ἐάν pro ἐὰν dictum corripi credidit. Idem aliis visum: sed sunt qui praefracte negent; quo iure, ipsi viderint. Monui de hac re in Ind. ad Odyss. p. 147. Nunc addo ex Antholog. Palat. T. II. p. 343. n. 74. v. 9. ὅσος ἐάν αἰτήσω.

25 θεξιτεροῦ δὲ ἐν χειρὶ τινασσέτω ὅβριμον ἔγγος,  
κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.  
ἔρδων δὲ ὅβριμα ἔργα, διδασκέσθω πολεμίζειν,  
μηδὲ ἔκτὸς βελέων ἐστάτω ἀσπίδ' ἔχων.  
ἀλλά τις ἐγγὺς ἵὸν, αὐτοσχεδὸν ἔγχει μακρῷ  
50 η ἔιφει οὐτάξων, δήϊον ἄνδρ' ἐλέτῳ  
καὶ πόδα πάρ ποδὶ θεῖς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ'  
ἔρείσας,  
ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ, καὶ κυνέην κυνέη,  
καὶ στέρνον στέρνῳ, πεπλημένος ἄνδρὶ μαχέσθω,  
ἡ ἔιφεος κώπην, ἡ δόρυ μακρὸν ἐλών.  
35 ὑμεῖς δὲ, ὡς γυμνῆτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος  
πτώσσουτες, μεγάλοις σφάλλετε χερμαδίοις,  
δούρασί τε ἔστοισιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς,  
τοῖσι πανοπλίταις ἐγγύθεν ιστάμενοι.

## III.

Οὐτὸν δὲ μηδσαίμην, οὐτὸν δὲ λόγῳ ἄνδρα τιθείμην,  
οὐτὲ ποδῶν ἀρετῆς, οὐτὲ παλαισμοσύνης,  
οὐδὲ εἰ Κικλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,  
νική δὲ θέων Θρηίκιον Βορέην.

33. πεπλημένος. Perperam in libris πεπλημένος.

BRUNCK.

38. τοῖσι πανοπλίταις ἐγγύθεν ιστάμενοι. Sic Stobaei  
cod. In Grotii editione πλησίον ιστάμενοι. BRUNCK.

Elegiam III. servavit itidem Stobaeus Tit. LI. BRUNCK.

1. τιθείμην. Vulgo legitur τιθείην. BRUNCK. Non in-  
frequens harum formarum in libris commutatio. V.  
Valckenar. ad Euripid. Phoen. p. 189. b. Activo non  
offenditur Porsonus citans primos novem huius Elegiae  
versus ad Euripid. Med. v. 542. componensque cum Eu-  
ripideis et Theocriteis. Hic et post Wakefieldus Silv.  
Crit. III. p. 26. tentavit nonnulla, a quibus manum  
vellem abstinuisse.

5 οὐδὲ εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,  
 πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον,  
 οὐδὲ εἰ Τανταλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,  
 γλῶσσαν δὲ Αδρήστου μειλιχόγηρν ἔχοι,  
 οὐδὲ εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θουριδος ἀλκῆς.  
 10 οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,  
 εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἰματύεντα,  
 καὶ δῆιν ὁρέγοιτ’ ἐγγύθεν ιστάμενος.  
 ή δὲ ἀρετὴ, τό γ’ ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἀεθλον,  
 πάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.  
 15 ξυγὸν δὲ ἐσθλὸν τοῦτο πόλητε, παντὶ τε δήμῳ,  
 ὃς τις ἀνὴρ διαβάς ἐν προμάχοισι μένη  
 τωλεμέως, αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγκυ λάθηται,  
 ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος,  
 θαρσύνῃ δὲ πεσεῖν τὸν πλησίον ἀνδρα παρεστώς.  
 20 οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ  
 αἷψα δὲ θυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας  
 τρηχείας, σπουδῇ τ’ ἐσχεδεῖ κῦμα μάγης.  
 αὐτὸς δὲ ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὥλεσε θυμὸν;  
 ἀστυ τε, καὶ λαοὺς, καὶ πατέρ’ εὐκλεῖσας,  
 25 πολλὰ διὰ στέρνοιο, καὶ ἀσπίδος ὄμφαλοέσσης,  
 καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος.  
 τὸν δὲ ὄλοφύρονται μὲν ὅμῶς νέοι ἡδὲ γέροντες,  
 ἀργαλέω τε πόδῳ πᾶσα πέκηδε πόλις.  
 καὶ τύμβος, καὶ παιδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,  
 30 καὶ παιδῶν παιδες, καὶ γένος ἔξοπλίσω.  
 οὐδέποτε οὐλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδὲ ὄνομ’ αὐτοῦ:  
 ἀλλ’ ὑπὸ γῆς περὶ ἐών γίγνεται ἀθάνατος,

15. η δὲ ἀρετὴ, τό γ’ ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἀεθλον.  
 Sic in scripto: at in impresso Stobaeo, τόδε ἄεθλον ἐν  
 ἀνθρώποισιν ἄριστον. BRUNCK.

ὅν τιν' ἀριστεύοντα, μένοντά τε, μαρνάμενόν τε  
γῆς πέψι καὶ παιδων, θουρος Αρης ὄλεση.  
55 οὐδὲ φύγη μὲν αῆρα τανηλεγέος θανάτοιο,  
νικήσας δὲ αἰχμῆς ἀγλαὸν εὐχος ἔλη,  
πάντες μιν τιμῶσιν ὅμως νέοι ηδὲ παλαιοί,  
πολλὰ δὲ τερπτινὰ παθῶν ἔρχεται εἰς Αἰδην.  
γηράσκων δὲ ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν  
40 βλάπτειν οὐτ' αἰδοῦς, οὐτε δίκης ἐθέλει·  
πάντες δὲ ἐν θώκοισιν ὅμως νέοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν,  
εἶκονσ' ἐκ χύρων, οἵ τε παλαιότεροι.  
ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἱκέσθω  
πειράσθω θυμῷ, μὴ μεθιεὶς πόλεμον.

35. Soloce in libris εἰ δὲ φύγη. Ignorarunt librarii constructionem coniunctionum εἰ et ἀν vel οὐ, quas perpetuo commutatas reperias. Saepissime tamen in editores culpa transferenda, quod multis exemplis ostendere possem e collatione codicis Oppiani, quam forte ad manum habeo. BRUNCK. Sed v. prolixam disputationem Bastii in Epist. Crit. p. 127. sqq. ed. Lips. et quae ex Schedis Heynianis ad Pindar. Nem. VII. 16. evulgata sunt.

40. βλάπτειν i. q. στερεῖν. Sic etiam Theognis v. 223.  
42. Scr. εἴκονοι χώρης. Vide ad Theognidem 913.

BRUNCK.

44. πόλεμον. Nuper denuo editum est πόλεμον, „quod unice Homericum sit μεθίεναι πόλεμον, — μεθίγαντι πόλεμον ne Graecum quidem.“ De usu illo Homericō nōn repugno: sed μεθίεναι πόλεμον non dicam barbarum. Valckenarius ad Euripid. Phoen. p. 189. b.: „inter alias haec etiam est optimae frugis observatio Rich. Dawes, Miscell. Crit. p. 258, 259. activum μεθίημε accusativo coniungi, medium μεθίεμαι cum casu secundo.“ Quod si forte proprium dicas Atticorum poētarum, audi Damnum in Lexico Homericō col. 937. v. μεθίημε: „hoc verbum activum solet habere accusativum, nisi subintelligenda est ellipsis τοῦ τι. medium vero habet genitivum.“ Quamquam h. l. accusativum cedere genitivo facile patior. Iam H. Stephanus dedit: πειράσθω, θυμὸν μὴ μεθίεις πόλεμον. paullo aliter ille haec intelligens.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

---

T Y R T A E

ELEGIA II.

INTERPRETE H. GROTI~~S~~

---

Audite, invicti quando genus Herculis estis:  
obstipo nondum Iuppiter est capite.

Ne stantum contra numerum trepidate virorum;  
sed parmam primis obiicite agminibus.

Proiicite ex animo hanc animam, nec lumina Solis  
quaerite p[re] Mortis nocte soporifera:  
scitis enim, saevi quam facta illustria Martis,  
quam sit bellorum nobilis ille furor,  
saepe fugam experti, fugientes saepe secuti:  
δ iuvenes, sors vos ista, nec ista latet.

Nam qui consertis clypearum umbonibus audent  
cominus in primos vulnera ferre viros,  
saepe minus pereunt, et servant pone sequentes:  
at timidis virtus undique disperiit.

Nec quisquam fando valeat memorare, malorum  
degeneres animos millia quanta premunt.

Turpe etenim trepido fugientem praelia cursu  
imbelli dorso vulnera suspicere:  
turpe et pulvrea stratum tellure cadaver,  
cuius ab hostili cuspipe terga rubent.  
Sed bene progressus miles pede calcet utroque  
tellurem, et labrum dente premat tacito:

crus, latosque humeros, et pectus forte, femurque  
     ventroso clypeus ferreus orbe tegat:  
**dextera** sed validam summa vi torqueat hastam,  
     pennata et galeam crista supervolit.  
**Discite** belligeram faciendo fortiter artem:  
     munitum scuto tela timere nefas.  
**Cominus** aggrediens, potentam quilibet hastam,  
     vel gladium, hostili deprimat in latere:  
**haereat** et scutum scuto, stabilisque pedi pes,  
     tum conus cono, tum galeae galea:  
**pectora** pectoribus coëant: sic ipsius hostis  
     vel telum manibus prendite, vel capulum.  
**Tu** vero interea veles post scuta latescens,  
     nec lapidum densis imbribus obruere,  
**nec** cessa iaculis obstantem figere turbam:  
     te teget armato milite densa cohors.

## TYRTAEI ELEGIA III.

INTERPRETE H. GROTI.

**N**on ullo in pretio, non ulla laude notandus,  
     sive pedis celeris, sive manus pugilis,  
**sit** licet et vasto Cyclopum corpore maior,  
     et superet cursu Threïcum Boream,  
**tum** pulchrae vincat Tithonum munere formae,  
     divitiis Cinyram, divitiisque Midam,  
**Tantalidam** Pelopem diffuso limite regni,  
     Adrastum blandi vocibus eloquii,  
**omnia** quin habeat, si desit adorea belli:  
     quippe usus nullos tempore Martis habet;  
**qui** non intrepidus caudem spectare cruentam,  
     consertumque hosti gaudet habere pedem.

Hoc vere solidum certamen, et unica virtus  
 aeterno iuvenes quae decorat decore.  
 Res populi, commune bonum, vir robore praestans;  
 immotus primis qui stat in ordinibus,  
 oblitusque fugae venit in certamina Martis,  
 adiiciens animum, proiiciens animam:  
 qui propter stantem generosae mortis amore  
 concitat: hunc bello dixeris egregium:  
 quem subito hostiles pavitant fugitantque catervae:  
 qui belli fluctus arte manuque regit:  
 qui dulcem amittit, sed primus, in agmine vitam:  
 magnus honor generi, magnus honor patriae:  
 vulnera multa ferens, adversa sed omnia, fosso  
 pectore, lorica nec minus, et clypeo.  
 Huius ad exequias plorant iuvenesque senesque:  
 hunc tota urbs planctu funera prosequitur:  
 sed nec honore caret tumulus, sobolesque superstes,  
 et sobolis soboles, totaque posteritas:  
 semper honos nomenque manent et posthuma fama:  
 sub tellure siti gloria morte caret:  
 scilicet intrepidum quem stantem et belligerantem  
 pro patria et natis Mars ferus abripuit.  
 Fugerit at nigrae si longa silentia noctis,  
 et spolia e bello victor opima ferat,  
 hunc venerata minor colit, hunc et senior aetas:  
 sic tumulum multo plenus honore petit:  
 cuius honoratam populo nec vocibus ausit  
 nec dictis quisquam laedere canitiem:  
 assurgunt illi iuvenes, aquaevaque turba:  
 assurgunt aevo iam graviore senes.  
 Hoc nunc quisque paret virtutis scandere **culmen**,  
 bellum indefesso sollicitans studio.

---

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# INDEX POETARUM

QUORUM CARMINA AUT FRAGMENTA HOC  
SYNTAGMATE CONTINENTUR.

(*Numeri paginas indicant.*)

## A.

- Alexis. 255.  
Amphis. 256.  
Anaxandrides. 256.  
Antiphanes. 257.  
Apollodorus. 259.

## C.

- Callimachus. 192.  
Callinus. 87.  
Cleanthes. 203.  
Clearchus. 281.  
Crates. 274.

## D.

- Diodorus. 272.  
Diphilus. 260.

## E.

- Eratosthenes. 194.  
Eriphus. 278.  
Eubulus. 273.  
Euenus. 190.

## G.

- Gnomae. 300.

## H.

- Hesiodus. 212.  
Hipparchus. 274.

## L.

- Linus. 184.

## M.

- Menander. 261.

- Menecrates. 194.  
Metrodorus. 196.  
Mimnermus. 99.  
Monosticha. 500.

## N.

- Naumachius. 176.  
Nicostratus. 275.

## P.

- Panyasis. 186.  
Pherecrates. 275.  
Philemon. 267.  
Philippides. 276.  
Philippus. 275.  
Phocylides. 125.  
Phocylides Pseudonymus. 152.  
Posidippus. 195. 278.  
Pythagoras. 145.

## R.

- Rhianus. 188.

## S.

- Simonides. 128.  
Solon. 104.  
Sotades. 276.

## T.

- Theognis. 3.  
Timocles. 279.  
Tyrtaeus. 89.

## INDEX IN NOTAS.

### A.

- αὐθής. 25.  
αἴθροχατήει. 132.  
*άγανόδρον* antepaenultimā  
productā. 158. [Cyclicus  
poëta apud Scholiast. ad  
Euripid. Orest. 1392. Barn.  
χονσείην, φύλλουσιν ἀγαν-  
νοῖσι κομώσαν. Clarissai-  
mus Matthiae edidit sim-  
plici ν, ἀγανοῖσι.]  
*ἀγκυλομήτης*, . *ἀγκυλόμητες*.  
214.  
*ἄγνοια et ἄνοια confusa*. 326.  
*ἄγνύναι* cūpi digamma. 231.  
*ἀδεικτος*. 163.  
*ἀδηγείη*. 131.  
*ἀδηγής*. 131.  
Adiectivum a substantivo  
structurā disparatum. 230.  
*ἐπίδειν*. De futuro h. v. 3.  
*Aeschines* orator. 156.  
*ἀθανασία*. De quantitate h.  
v. 278. *ἀθανασία et εὐθα-  
νασία confusa*. 278.  
*ἀθανατος*. De quantitate h.  
v. 278.  
*αι infinitivorum elisum.*  
241.
- αι et ε confusa. 42.  
αἰέφαλοι versus. 71. 231.  
αἴρατής. 239.  
Alcathous. 54.  
*ἄλσεινός, calidus*. 158.  
*ἄλτεινός, vitandus, barba-  
rum*. 158. [Libri Ba-  
rocciani scriptura ex-  
pressa est ex Hesiodi  
carmine extr. Conf. Cal-  
limach. H. in Cerer. 23.]  
*Alexis*. v. infra a. v. πόλιξ.  
ἄλλοις ἄλλως etc. 14. 108.  
*ἄλφηστηρ*, *ἄλφηστής*. 216.  
ἀμάν, αμάσθαι. 229.  
ἀμαξα, ἀμαξα. 50.  
ἀμετρι, αμετρως. 164.  
αμήτωρ. 129.  
ἀμφὶ et οὐνεκεν posita εἰ  
παραλλῆλοι. 169. sq.  
ἀμφω indeclinabile. 159.  
ἄν pro ἄν positum corri-  
piatur an producatur 91.  
Conf. not. ad p. 269.  
ἀναγκαῖος. 25.  
ἀνακλήτωρ. 273.  
*ἀναλίσκω*. De angmento  
h. v. 274.

Anapaestus in pari sede versuum iambicorum. 131.  
*ἀνάσχετος.* 11.  
*ἀνδάρειν.* De constructione h. v. 5.  
*ἐνιρ.* De quantitate paenultimae 306.  
*ἄνοσα et ἄγνοια confusa.* 326.  
*ἄνσχετος* 11.  
*ἀντιπνέειν ἀνέμοις.* 162.  
Aoristus sententiam indicans generalem. 227. Aoristus medii passivā significatione. 166. [Add. Leonid. Tar. LXII. 2. Etiam in Callimachi H. in Apoll. init. εἰσίστατο videatur positum pro εἰσισθη.]  
*ἀπάλαμνος,* *ἀπάλαμος.* 24. 213.  
*ἀπάτωρ.* 129.  
*Apollonius Rhodius.* 169. sq.  
*ἀπονίκτεσθαι.* 66.  
*Ἀργευφόντης.* 215.  
*Aristophanes.* 148.  
*ἀρόμεναι.* 213.  
*ἄροτρος et ἄροτρον confusa.* 76.  
*ἄροην κόρος.* 168.  
Articulus a substantivo se-iunctus interserto pronominis. 56.  
*ἀρχή καὶ τελευτή καὶ μέσον.* 3.  
*ἄστος synizesin passum.* 133.  
Attractio. 235. [Aliud attractionis genus tetigi in not. ad Epistol. Pythagor. p. 300. Orell.]  
*ἀτύχεσθαι.* 170.  
*αὐθις.* 214.  
*αὐδῆνη.* 129.  
*αὐτις.* 214.  
*αὐτομήτωρ.* 129. [Prorsus geminum est φευδοπάτωρ

Callimachi H. in Cerer. 99.]  
*αὐτός. αὐτός.* 27. 47. 62.  
*αὐτοῦ de persona secunda.* 305. 327.

**B.**

*βαθυκήτης.* 14.  
*βαίνειν de coitu.* 16.  
*βασιλῆς.* 224.  
*Βίβλιος.* 239.  
*βλάπτειν i. q. στερεῖν.* 94.  
*βοή. ὅσον ἀπὸ βοῆς ἔνεκας* 170.  
*βοόχος priori producta.* 71.  
*Βύβλιος.* 239.

**F.**

*γαλῆ* 259.

**A.**

Dativi pluralis vocalis quatenus elidatur. 5.  
*δὲ in apodosi.* 226.  
*δεικνύειν.* 163.  
*δεινός.* 9. sq.  
*δειπνολόγη.* 4. 244.  
*Demonax.* v. infra s. v. ὑπέρθεος.  
*Demosthenes.* 155.  
*δεννάζειν.* 77.  
*δεομός et πέδη iuncta.* 155.  
*δηλιφρων barbarum,* 179.  
*διακρίνειν.* 180.  
*διάκτορος.* 215.  
*διομήτωρ.* 129.  
*Διος.* 225.  
*δίκα.* 9. [Aeschylus Prometheus. 935. Br. ὅσον τὸ τῷ ἄρχειν καὶ τὸ δυνλεύειν

**Διά.** Choëph. 774. Sch.  
alt. ἔχεις το τῶν λελεγμέ-  
των δίχα; ]  
**Διχόμυθος.** 9.  
**δολομήτης,** δολόμητης. 214.  
**δοραι αἰγῶν.** 7.  
**δύλιος** an i. q. δύλος. 41.  
**Dialis pro plurali usurpa-**  
tus. 220. **Dialis aoristo-**  
rum persona III. in — or.  
221.  
**δύο,** δύω. 325.  
**δυσαγής.** 239.  
**δύσοματ.** De quantitate h.  
v. 56.  
**δύων.** v. s. v. δύο.  
**δωρεῖν.** 216. [Activum iam  
usurpavit Homerus, si  
fides libello de Homericā  
ca poësi, quem alii tri-  
buunt Plutarcho, alii  
Dionysio Halicarnassensi,  
p. XL. extr. Barnes.]

**E.**

**Ἐαρ** synizesin patitur. 255.  
**ἔαυτοῦ** de persona secunda.  
505. 527.  
**ἔβδομας** eliciendum e prae-  
gresso ἐπτά. 110.  
**εἰ** cum coniunctivo. 94. 106.  
**εἴδε** cum infinitivo. 156.  
[Cum Euripideis compa-  
randa Homerica Odyss.  
XXIV. 376. sqq. ubi par-  
ticulae optandi αἱ γὰρ  
eadem ratione regunt in-  
finitivum iunctum nomi-  
nativo participii.]  
**εἰδίζειν.** 145.  
**εἰκειν τόπου,** εἰ τόπου. 94.  
**εἰναι.** Coniunctivus εἰώ,  
εἴσει, εἴη. 172. 258. εἰμεν.  
18. Ellipsis coniunctivi. 22.  
Ellipsis imperativi. 157.

[v. Schol. ad Pindari Ol.  
XIV. 21. — Num forte  
haec ellipsis etiam ibi ob-  
tinet, ubi infinitivus *cum*  
*accusativo* ἐπιταγματικῶς  
aut εὐχεικῶς positus est?] *εἴγενεν* an in scena locum  
habuerit. 308.

**εἰς** i. q. μόνος. 157.  
**εἰς** et εἰ confusa. 274.  
**εἰσαγρεύθας** i. q. προσφέρε-  
σθαι. 65.  
**εἰών** et εἴω confusa. 7.  
**ἐξ** et εἰς confusa. 274.  
**ἐξ** et εἰ confusa. 25. [Mo-  
nui de hac confusione in  
Melet. p. 69. Satis fre-  
quentem esse, docent no-  
tae Uptoni ad Dionys. Hal.  
de compos. verb. p. 162.  
Lips., Veiskii ad Lon-  
gin. p. 571., Schneideri  
ad Aristotel. H. A. T. III.  
p. 259. T. IV. p. 154. et  
ad Xenophont. Opusc.  
Polit. p. 56., Schleusneri  
Cur. noviss. in Phot. col.  
326, Astii ad Theophr.  
Char. p. 95.]

**ἐκτράπελος.** 25. [V. not. ad  
Pindari Pyth. IV. 186. ubi  
unice verum puto ἐκτρά-  
πελον.]

**Ellipsis** verbi finiti e se-  
quente oratione subaudiendi. 228. verbi cognati.  
10. sq. 14. verbi rarer.  
42. totius sententiae. 240.  
[Conf. v. 607. Nisi forte  
h. l. plene interpungendū  
post λιμὸν, versus  
que 605. et 606. iungendi  
praecedentibus. Quod si  
probas, versus 605. et  
604. pro parenthesi sunt  
habendi.]

**ἐμβρωτος,** ἐμβρονον. 167.

*ἔνδοθεν*, *ἔνδοθι*. 236. 239; sq. 245.

*ἔνεκα*, *οὐνέκα*. Graeci his particulis licenter usit. 170. [Etiam in ὅθ' οὐνέκα puto duas particulas idem significantes τὸ παραλλήλον positas esse. Quapropter nolim cum Lobeckio scribere ὄθονέκα: quam scripturam tetigi in nos: ad Sophocl. Aiac. T. I. p. 229. Ex uno Sophocle (Aiac. I. c.) ὅθ' οὐνέκα habet H. Stephanus Thes. T. I. c. 1204. H. Poterat citare etiam ex eiusd. Oed. Col. 853. Item ex Aeschyllo, qui Proin. 330. ξηλῶ σ', ὅθ' οὐνέκ' ἔτος αἰτίας κυρεῖς. ubi quae continuo sequuntur, φάντων μετασχών καὶ τετολμηκώς ἔμοι, dignam animadversione structuram habent: nam vis præpositionis μετὰ pertinet etiam ad sequens participium τετολμηκώς. Non infrequens hoc idioma est in verbis cum præpositione αὐν̄ compositis: aliquanto rarius in verbis compositis cum aliis præpositionibus. De illis notavi nonnulla in Indice ad Gregor. Cor. p. 1032. quibus hinc accedant sequentia. Euripides Iphig. T. 668. καὶ οὐσιαγῆναι καὶ πιρωθῆναι δέμας. Etymolog. M. col. 743. in. *ορμβαρύνεται* καὶ οἰσύνεται τοῖς ἀροεντικοῖς. ad quem locum Sylburgius p. 44. b.: „sensus est, ορμβαρύνεται καὶ

*ορνοξύνεται*, præpositio-ne in utroque commate subauditæ:“ Verborum cum τὸ compositeorū hoc reperi exemplum. Homerus Odyss. XXII. 56. ὥσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδοται ἐν μεγάροισσι. h. e. ἐκπέποται καὶ ἐξεδήδοται.]

*ἐντρέπεσθαι*. 51.

*ἐντύσιν*, *ἐντύνειν*. 18.

*ἐγκάσιας*. 147. 155.

*ἴξω* et *ἴσιω* confusa. 7.

*ἐπαινεῖν*. De forma futuri h. v. 10. 64: [Utramque formam frequentatam suisse, docent verbalia αἰνεῖσ et αἰνητός: quorum posterius Lexicographi parum curarunt. Pindarus Nen. VIII. 66. αἰνέιν αἰνητά.]

*ἐπαιμήσασθαι* γῆν. 34.

*ἐπει* cum coniunctivo. 99. *ἐπει* δὲ non semper coalescent per synizesin. 241. *ἐπει* τοι καὶ. 83. [Plato T. XI. p. 19. Bip: *ἐπει* τοιγέ καὶ ὁρθῶς αὐτὸ ὁ θεός εἰπε. Bekkerus dedit *ἐπει* τοι καὶ — II, 5. p. 424.]

*ἐπι*: *ἐφ'* ϕ γε, *ἐφ'* ϕτε. 264. *ἐπι* et *περὶ* confusa. 179.

*Epigramma Megaris reper-tum*. 54.

*ἐπιδείειν*. 164.

*ἐπιπάγχυ* vox non Graeca. 224.

*ἐπιπειθεῖη*. 156.

*ἐπιφέροιν*. 171.

*ἐρατὸς* passim corruptum. 90.

*ἐργάζεσθαι*, *ἐργάσαιο*; *ἐργάσαιο*. 214.

*ἐρχος* ὄδόντων. 110.

*Eρμηνειας*, *Eρμηνειας*. 215.  
*ἔτος et εὐτέ confusa*. 31. [v.  
 not. ad Dionys. Halic.  
 de comp. verb. p. 508.]  
*ἔτερος*, *τούτερος* etc. 155.  
*ἔτος* an digamma haberit.  
 219.  
*εἴδε* et *ἐτε* confusa. v. *ἐτε*.  
*εὐθύς*. 239.  
*εὐθανασία*. 278. sq. *εὐθανα-*  
*σία* et *ἀθανασία* confusa.  
 278.  
*εὐθύν*, *εὐθύς*. 154.  
*Euripides*. 5. 7. 88. 156.  
 168.  
*ἔτος et ἔτος confusa*. v.  
*ἔτος*.  
*Euteenius*. 226.  
*εὐτράπελος*. 25.  
*ἔφισσασθαι γαῖαν*. 34.  
*ἔγκυεισθαι*. 23.  
*ἔχων pro ὦν*. 156.

**Z.**

*Ζεγρεῖη* primā productā.  
 71.

**H.**

*η correptum*. 132.  
*ηβών*. 60. 243.  
*ῆθεα*. 222. [Illic cur *τε*  
 omitti. oporteat, causa  
 non alia videtur haben-  
 da esse quam digamma.  
 V. Heynus ad Hom.  
 Il. T. VII. p. 754. qui  
 „In Hesiodo“ inquit  
 „aliquot locis est emen-  
 dandum“. Quod si ve-  
 rum est, v. 121. corri-  
 gas: *ἀνθρώποις κατὰ ηθεα*.  
 Vid. Hom. Odyss. XIV.  
 411. Et conf. not. ad  
 p. 236. et 243.]

*Herodotus*. 35.  
*Hesiodus*. 154. 241. v. su-  
 pra s. v. *Ellipsis*. item s.  
 v. *ῆθεα*. item infra s. v.  
*μεμνημένος*.  
*Hesychius*. 12. 25. 151. 179.

**Θ.**

*Θαλία*. 159.  
*Theognis*. v. infra s. v. με-  
 λεδῶνται.  
*Theognidis patria*. 54.  
*Θηροφόρη*. 4.  
*Θνήσκειν. τεθνάγειν*. 15. [*τε-*  
*θνήσκειν*, mediā producūtā,  
 legitur in Aeschyli Agam.  
 547. Schütz.]  
*Θνητος*, *mortuus*. 164.  
*Thucydides*. 17.

**I.**

\* *dativi elisum*. 110.  
*Iamblichus*. 163.  
*ἶνελος*. 225.  
*Infinitivorum futuri tem-*  
*poris usus Graecae lin-*  
*guae proprius*. 16. sq.  
 [Xenophon Anab. II. 4.  
 19. *ως οὐκ ἀκόλουθα εἴη*  
*τὸ ἐπιθέσθαι καὶ λῦσι*  
*τὴν γέφυραν*. Schneide-  
 rūs: „Ita margo Steph.  
 cum libro Brodæi habet  
 pro vulgato *τὸ τε ἐπε-*  
*θῆσθαι καὶ τὸ λύσι*.“  
 Vulgatum hoc me qui-  
 dem non offendit. —  
 Schol. ad Pind. Nem. VII.  
 141. *δύνασαι* — *ἀπαλλά-*  
*ξειν*.]  
*ἴηντες*. 221.  
*ἴοημι* cum digamma. 213.  
 248.

*θος, θεσ.* 50. *θος et οιος* *κωλύειν* i. q. *κωλάζειν.*  
*confusa.* 226.  
*ἴωνς, pariter.* 20.

*K.*

Caesurae vis ad producen-  
dum. 27.  
*καθικνεόθαι.* 253.  
*καὶ γὰρ* postpositum. 49.  
*καὶ εἰ ὡς* confusa. 39.  
*κανός. ἀεὶ τι κανόνεις* etc. 279.  
*καπέχαρος.* 326.  
*Callimachus.* v. *supra* s. v.  
*Aoristus,*  
*καλός.* De quantitate h. v. 311.  
*κατατίθεται, κατατίθεσθαι.*  
 32.  
*κατοπάζειν.* 226.  
*κεκογεσσαδμίνος.* 213.  
*κεῦθυτος.* 21. sq.  
*κεῦθος.* 21.  
*κεφαλῆφι, κεφαλῆφι.* 237.  
*Κήρυχος.* 60.  
*κῆρυξ, κῆρυξ.* 215. sq.  
*κηγάνω.* De quantitate h.  
 v. 137.  
*κλητήρ.* 273. sq.  
*Coronae convivales.* 66.  
*κόρος ἄρσην.* 168.  
*Corporis humani dissectio.*  
 160.  
*κοῦρα.* 180. [Callimach. H.  
 in Dian. v. 72.]  
*κύκλος,* ἡ. 179.  
*κρέσσων, κρέσσων.* 46.  
*κτᾶσθαι* passivā significa-  
 tione. 145. sq.  
*κυδνός.* 223.  
*κυδρός.* 223.  
*κύλις* subaudiendum. 38.  
 [Num in Alexidis fragm. I.  
 v. 5. scribendum τὰς  
 ἀκρατοὺς πίνομεν?]  
*Cypria.* v. *infra* s. v. *μελ-*  
*δῶνται.*

*L.*

*λανθάνειν.* *λελησμένος,* *λε-*  
*λασμένος.* 187. [Epicam  
 formam Panyasidi dudam  
 reddiderant H. Stephanus et Wintertonus, quos  
 secutus est Gaisfordus.]  
*λείπειν.* De aoristo I. h.  
 v. 148.  
*λέβητης τι κανόνεις* etc.  
 279.  
 Liquidae pronuntiando ge-  
 minantur. 134.  
*λιροφρέος.* 229.  
*Longinus.* 88.  
*Lycurgus orator.* 89.  
*λυμαίνεσθαι.* De construc-  
 tione h. v. 318.  
*λωβῆμ.* 155.

*M.*

*Magnetismus animalis.* 108.  
*μάκαρος.* 109.  
*μεγαλίτης.* 14.  
*Megara.* 54.  
*μεθίεται, μεθίεσθαι.* 94.  
*μελεδῶνται, μελεδῶντες.* 215.  
 [Etiam in Theognid. v. 863.  
 malim μελεδῶντας. item in  
 fragmento Cypriorum,  
 quod Bekkerus ad illum  
 versum citavit.]  
*μελετᾶν τίνος.* 226. [V.  
 Schol. ad Pindari OI. VI.  
 61. et XIV. 26. Nem.  
 VI. 91. et VIII. 32. Isthm.  
 V. 36.]  
*μεμημένος.* Usus huius  
 participii, eiusque abso-  
 lute positi, solennis est.

in formulis imperandi.  
 V. Hesiod. 392. (ubi prae-  
 stat quod al. habent, ὡρα  
 ἔργα.) 584. 656. 675. Plene  
 idem 273. sq. ἀλλὰ οὐ γ'  
 ἡμετέρης μεμνημένος αἰτεύ-  
 θεργυῆς ἔργασεν. Abun-  
 danter Aeschylus Choëph.  
 676. sq. Schütz. alt. πρὸς  
 τοὺς τεκόντας πανδίκως  
 μεμνημένος τεθριπτής Ὁρέ-  
 αγην εἴτε μηδαμῶς λάθη.  
 Hunc quoque usum iam  
 in Homerica poësi repe-  
 rias. v. Il. V. 263. XIX.  
 153.

μεταδιδόνται. 62.

μετέγγρ. 62.

*μέτρον. κατὰ μέτρον.* 164

*vetus* cum imperativo  
aoristi. 155. [Aeschylus  
Prom. 332. Br. μηδὲ οος  
μελησάτω.] cum coniunctivo  
praesentis. 156. 158.  
cum futuro. 318. [Ae-  
schylus S. c. Th. 252.  
Br. μηδὲν τῶνδε ἐρεῖ.]

μητρομήτωρ. 129.

μητροπάτιο. 129.

*Mimnermus*, 90.

*μοιραν* absolute usurpatum.  
134.

**μόνος** i. q. **εἰς.** 212. **μόνος**  
[τῶν], **ὅσα** etc. 203.

N.

*v* paragogicum. 5. 9. 19.  
21. 63. 107.

*vār̄s. v̄cā* monosyllabum.  
248.

*Χειρόφων, 187.*

**Neutra adiectivorum.** 19.  
59, 48, 50.

τιγρων, τηγρονος, 47.

## Nominativus cum infinitivo

## loco imperativi posito. 58.

169. [Aeschyl. Prom. 711. sq. oīs μη παλάζειν, ἀλλ' αἰσιότερος πόδας χρίμπτον-  
σα φαίνεται ἐκπεράν χθό-  
να. Vid. Hesiod. Op. 742.  
746. Naumach. 32, et  
sic saepissime. Alibi accu-  
satius ponitur, v. c.  
Hesiod. Op. 751.] No-  
minativus cum infinitive  
loco optativi posito. 156.  
[Usus illius infinitivorum  
quam dedi explicationem  
in notis ad L. Bos. Ellips.  
p. 620., eam explodit Her-  
mannus in commentatio-  
ne de ellipsi et pleona-  
smo in Gr. I. p. 131. sq.  
Sed in illa disputatione  
viro egregio, ut sumus  
homines, humani quid  
accidisse, facile suspica-  
beris, si contuleris quae,  
cum meis illis amicissi-  
me conspirantia, adno-  
tavit ad Viger. p. 733.  
sq. ed. I. p. 745. ed. II.  
Add. I. I. H. Nastii li-  
bell. Ueber Homers Spra-  
che p. 25. Conf. tamen  
quae notavi supra s. v.  
etirat.]

vóuos, cantilena, fabula. 25.  
envers. 18a. [Callimach. H.

*Vespera*. 186. [L.]  
in Del. 315.

χώνυμος, χώνυμος. 219.

三

**Επινοόχος**, **επινοόχος**, **επινο-**  
**όστηνος.** Εἰ. 18. 25.

Xenophón. 17. 88. 155. V.  
etiam supra s. v. **Infini-**  
**tivorum** etc.

*O.*

**σ**, **γ**, **τό**. Usus articuli insolens. 48.  
**οδε**, δ δε. 222. 224. 225.  
 237. 245. 247.  
**οθ'** οίνεκα. v. supra s. ἔνεκα.  
**οἰζυρός**. 131.  
**οίκος** etc. cum digamma.  
 241.  
**οῖος** et **ἴος** confusa. 226.  
**οἴλιος** et **μικρὸς** confusa. 316.  
*Homerus*. 99. 241.  
**ομῶς**. 8. una cum. 22.

**Oxytonorum apostrophum**  
 passorum recta tonosis,  
 72.  
**οπάζειν**. 226.  
**Oppianus**. 195.  
**Optativi usus in interrogative**  
 bus sine ἀν. 195. cum  
 ἀν. ibid.  
**օργή** et **օρμή** confusa. 19.  
 225.  
**օρμή** et **օργή** confusa. 19.  
 225.  
**օρης**. De quantitate h. v.  
 162.  
**օρφην**, **օρφηή**. 70. [Schol.  
 ad Pindari Ol. I. 1. 115.  
 "Ορφηη, η νιξ, βαριτόνως.  
 ὄρφην οξη νιξ, αντὶ τοῦ  
 σκοτεινῆ, ἐπιθετικῶς, οξύ-  
 γεται.]

**ὅς**, ubi exspectes εἰ τις. 186.  
 [Cum Platonis loco compara hunc Xenophontis  
 Oecon. IV. 19. Εγώ δέ  
 καὶ τοῦτο ιγούμει μέγα<sup>τη</sup>  
 τεκμήριον ἀρχοντος αρετῆς  
 είναι, φ ἀν εἰκότες ἐπινο-  
 ται, καὶ ἐν τοῖς δεικοῖς  
 παραμένειν ἐθέλωσιν.]  
**ὅσος**. **ὅσα** etc. relatum ad  
 τά etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Lopsh.]

**ὅσσοι** ἔσαν μύριης —  
 τοὺς ἄνδρας ποίησε. In  
 notissimo Sardanapali  
 epigranimate alii habent  
 ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔγαγον —;  
 alii ταῦτα ἔχω, ὅσσα  
 ἔγαγον —.]  
**ὅτε** c. connect. 99.  
**οὐδεμία**, οὐδεμίη. 8.  
**οἵνεκα**. v. supra s. ἔνεκα.  
**οὗτος**. καὶ ταῦτα, καὶ ταῦτα  
 μέγτοι. 272. sq.  
**οὐχὶ** saepe obliteratum. 507.  
**ὅφες** priori producta. 71.  
**ὅφρα** τε. 65.

*Π.*

**παρ'** καιρον et **παρὰ** καιρόν.  
 316.  
**παρατρίβειν**. 33.  
**παριδεῖν** et **περιιδεῖν** con-  
 fusa. 328.  
**pariter**. 22.  
**παρούμπος**, **πάρμονος**. 18.  
**Participia** ubi naturam in-  
 duerunt nominum, in-  
 clinationis modum mu-  
 tant. 47.  
**πάσασθαι**. 13.  
**πάσχειν**. ἢν τι πάθω etc. 88.  
**πατρομήτωρ**. 129.  
**πατροπατωρ**. 129.  
**πενεῖν**. 327.  
**πενοῦν**. 327.  
**περιδρομος**. 45.  
**περιιδεῖν** et **παριδεῖν** confusa.  
 328.  
**περιρρέπειν**. 132.  
**Pindarus**. v. supra s. v.  
 ἐπιράπελος.  
**πιοτός**. 24.  
**Plato**. 148. 169. 186.  
**πλέον**. τι πλέον et τὸ πλέον  
 confusa. 125.  
**Pleonasmī**. 27. sq. 172.  
**πλοκαμῆς**. 171.

*ποικιλομήτης*, *ποικιλόμητις*. 214.  
*ποικίλος*. 45.  
*πολυγνηθῆς*. 240.  
*πολυχρόνιος*. 191.  
*πού. πολλάκι πον*, *αὐτὶ πον*. 177.  
**Praepositionum usus in eodem loco variatus ad idem significandum.** 205.  
*προφυγωρ*. 129.  
*προπτιωρ*. 129.  
**Pronominum formae plenae et encliticae.** 3. **Pro-nominis relativi syntaxis idiomatica.** 64. sq.  
*πρὸς τύπος εἶναι*. 91.  
*πρῶτος καὶ τελευταῖος καὶ μέσος* etc. 3.  
*πυκνήσειν*. *πυκνόσασ*, *πυκνό-*  
*σασ*. 237.  
*πῦλος* passim latet cor-  
*ruptum*. 163.

**P.**

*φαδιτός*. 4.  
*φίππειν*, *φίππεῖν*. 15.

**S.**

*Σαλαμιναράτης*, *Σαλαμινό-*  
*φρξ*. 113.  
*σιγῆλος*, *σιγηρός*. 324.  
*Σικελίας* et *Σικελὸς* confusa.  
 55.  
*Simonides*. v. infra s. v. *τέ-*  
*σινέρα*. 7.  
*Σίνωφος*. De quantitate h.  
 v. 40.  
*απάκτειν διπλῆ* etc. 165. sq.  
*αξιώσ* priori productā. 71.  
 187.  
*Socrates* an aliquid scri-  
 pserit. 277.

*Sōcraticus scriptor Eryxiae.*  
 273.  
*Socraticus scriptor de lege.*  
 273.  
*Sophocles*. 9. 170. [Poste-  
 riorem Sophoclis locum  
 quod negavi mutandum  
 esse, nolim ita intelligi,  
 ac si etiam forma scri-  
 pturæ antiquæ mihi  
 probetur. Scilicet scri-  
 bendum *σοφοκλεῖς*; quem-  
 admodum scribimus *τολ-*  
*νεκα*.]  
*Sotades*. 277. sq.  
*Sotadicum metrum*. 277.  
 27. Ante has litteras an  
 brevis corripi possit. 131.  
*σποδιός*. 131.  
*Strabo*. 90.  
*Suidas*. v. *infra s. v. ἕπε-*  
*θεος*.

**T.**

*ταμεῖον*, *ταμιεῖον*. 324.  
*ταπῆς*. De quantitate h.  
 v. 76.  
*τάρα*. 15.  
*τὲ non praeponitur voca-*  
*bulo ad quod refertur.*  
 73. [Ne quis mihi op-  
 ponat locutiones bitmem-  
 bres ellipticas, membris  
 per *τὲ* alteramque copu-  
 lam iunctis, ubi vox  
 quam sequitur *τὲ* in priori  
 membro, in posteriori  
 ad alteram copulam sub-  
 audienda est. Quarum  
 locutionum ratio cum vi-  
 ros graece perdoctos pas-  
 sim fugerit, aliquot ex-  
 exempla rei ceteroqui per-  
 vulgatissimæ expromam.  
*Plato* T. XI. p. 8. Bip.

*σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων.* Plena locution est: *σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῆς τῶν, νῦν ἀνθρώπων.* Ut multum falleretur, si quis copulam τε ad σεαυτοῦ referens praepositam vocis suae diceret. Itaque non opus erat, ut in Philemonis fragm. XI. v. 7. Brunckius alterum articulum insereret (not. p. 270.). Panyasis fragm. I. v. 4. ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ —. Quis hinc tam parum sit λογικός, ut dicat τε pertinere ad ἐν δαιτὶ habeatque hoc pro exemplo copulae praepositae? Immo plena oratio est: ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ὃς ἐν πολέμῳ —. Eodem modo Aeschylus Prom. 489. sq. οἵτινες τε δεξιοὶ φύσιν, εὐώνυμοι τε. pro καὶ οἵτινες εὐώνυμοι. Pindarus Nem. I. 46. εἴ τε παθεῖη, καὶ ἀκοῦσαι. plene: εὖ τε παθεῖν καὶ εὖ ἀκοῦσαι. Plato T. XI. p. 55. ὅτι τε οἰδα —, καὶ επιτετήδευκας —. plene: — καὶ ὅτι επιτετήδευκας. Aeschylus S. c. Th. 1075. sq. Br. ὥσπερ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον —. plene: — καὶ ὥσπερ τ. δ. Nullarum autem partium orationis frequentiores sunt huiusmodi ellipses, quam praepositionum. Plato T. V. p. 286. ἐν τε πλοίοις καὶ ναοῖ. p. 295. ἐκ τε — τοῦ Πειραιῶς καὶ τοῦ ἄστεος. plene: καὶ ἐκ ναοῖς. et: καὶ ἐκ τοῦ ὄστεος. Add. not. p. 256.

ubi quod scripsi de Brunckio, fortasse scripsi paullo calidius. In Simonidis quidem loco vir celeberrimus verissime monuit copulam τε referendam esse ad vocem sequentem ideoque mutandum ordinem verborum: nam duo illa epitheta sunt unius eiusdemque. ὄντος. Sed ubi de rebus agitur diversis, talis copulae positura talesque praepositionum ellipses toties occurserunt, ut qui exemplorum huius idiomatis numerum iniire velit, non minus ineptus sit, quam qui instituat numerare arenas.] τελευτὴν. v. τέρμα.

τέρμα, postremo. 164. [Iam Hoogeveenus ad Viger. p. 145. cum vulgari τέλος comparavit. Addo, item rarum, τελευτὴν. Pindarus Nem. XI. 21. καὶ τελευτὰν ἀπάντων γὰν ἐπιεσσόμενος.]

τιθέντας, τιθεσθαν. 92. τίνεται, τίνονθαι, τίννονθαι. 29. 248. τρέπεσθαι ἐπὶ τι, πρὸς τι. 50. τριβεῖν. 33. τρυφὴ et τρυφὴ confusa. 157. τρυφᾶν. De quantitate. h. v. 162. Tyrtaeus. 63.

## T.

ὑγεία, ὑγλεία. 524. 525, 526, ὑπάγειν. 62. ὑπερθεν c. genit. 257.

*πέρθεος.* H. Stephanus Ind.  
in Thes. P. II. c. 140. C.:  
„*Τπέρθεον*, Quod est  
supra numen divinum,  
vel numinis voluntatem.“  
nullo bruis adiectivi au-  
ctore citato. Robertus  
Constantinus cum aliis  
Lexicographis, item sine  
auctore: „*Τπέρθεον*, ἐπέρ  
τὸ θεῖον, ἡ την τοῦ θεοῦ  
γνώμην, praeterea numinis  
voluntatem.“ Omnes se-  
cuti sunt Hesychium aut  
Suidam. Sed in Hesy-  
chio recte monuit V. D.  
pro *πέρθεον* legendum  
esse *τπέρθεον*: eodem  
que modo in Suida cor-  
rigendum est. Praeterea  
in Demonactis versu, qui  
est Brunckio in Mono-  
stichis v. 202., cum pro  
*πέρθεον* e Stobaro edi-  
tum sit *ἐπέρθεος*, facile  
intelligitur, fidem huius  
adiectivi admodum du-  
biam esse. Schneiderus  
versum edidit turpiter hi-  
antem: Θητὸς περηκῶς  
μὴ φέρει *πέρθεα*.  
*περηρεία*. 55.

Φ.

φαινειν. φαντιή, φανή. 252.  
243.  
*Philemon*, v. supra s. v. τέ.  
φοῖνξ. 4. φοῖνξ an φοῖνξ.  
215. sq.

## X.

χατήσις. 152.  
χατόεις an graecum sit. 152.  
χαλεψθεῖς etc. 15.  
χάριν ἔνεκα posita ἐξ πα-  
ραλλήλον. 169. sq.  
Chasmidae osores. 108.  
χέριψ. 66.  
χερσάην, χενσῆν. 215.  
χωρίζειν. 9.  
χωρίς. 9.

## Ψ.

ψεδνός. 11. sq.  
ψυδρός. 11. sq.

## Ω.

ω correptum. 132. 156.  
ω et ον per synizesin coa-  
lescunt. 50.  
ων. 151. 155.

Pag. 20. not. ad v. 218. lin. 2. πόν. leg. πνόν.